

LIBER SECUNDUS DE IUDICIIS CRIMINALIBUS ACUSA- 115 A
CIONIBUS INQUISICIONIBUS DENUNCIACIONIBUS ET
DEFFENSIONIBUS AC PENIS ET CONDEMPNACIONIBUS
EORU[N]DEM.

5 Sequitur rubrica de acusacionibus denun-
ciacionibus et inquisicionibus. Cap. I.

S tatuimus et ordinamus quod quicumque fecerit aliquam
acusam ipsam facere debeat et teneatur cum sacramento,
iurando se legitime dictam accusam facere et iuxta veritatem,
10 quod sacramentum scribatur in dicta acusa, et dominium pro-
cedere non possit contra accusatorem occasione sacramenti per
eum facti. ¶ Et quelibet acusa denuntiatio vel inquisitio, que
fiet occasione cuiuscunque delicti, scribi debeat per notarium
malefittii, protectore malefittii presente ac potestate vel uno ex
15 suis vicariis. ¶ Et si qua persona veniret ad acusandum vel
denuntiandum aliquam personam de aliquo excessu vel delicto
comisso vel perpetrato quocunque modo iure forma vel causa,
et illa hora qua veniret dictus talis volens accusare non essent
in palacio comunis protector et notarius malefittii vel alter ip-
20 sorum, sive haberi non possint per sonum tintanabuli ad hoc
deputati, tunc remaneat in discretione domini potestatis vel
vicarii loco potestatis sive iudicis malefittii ipsius de expectando
dictos // protectorem vel notarium sic defitientes per horam, ut 115 B
sibi videbitur convenire, quibus sic expectatis et non venienti-
25 bus, potestas vel eius vicarius sive iudex recipere debeat et te-
neatur dictas tales acusas sive denuntiationes unam vel plures,
a dictis talibus personis volentibus accusare vel denuntiare, et
ipsas scribere vel scribi facere cum testibus datis et nominatis
per talem accusatorem vel denuntiatorem, et statim cum venerit
30 protector vel notarius sic abscentes in palacium comunis, mit-
tatur per talem accusatorem vel denuntiatorem unum vel plures,